

ARTICULUS XV.  
DE RITIBUS ECCLESIASTICIS  
EXTERNIS.

1. *Articulus hic constat thesi & anti-  
thesi.*

2. *In thesi docent confessores, quòd ri-  
tus illi servandi sint, qui sine peccato  
servari possunt.*

3. *Loquuntur autem hic de ritibus adia-  
phoris, qui certo Dei verbo non mandati,  
neq; etiam prohibiti sunt, & liberè sine opi-  
nionè necessitatis, cultus ac meriti observan-  
tur.*

4. *Debent autem idololatria, impietate,  
levitate histrionica, ac superstitione carere,  
ut ita sine peccato servari queant, quod nisi  
sit, in adiaphoris censeri nequeunt.*

5. *Addunt finem illorum: Profunt, in-  
quientes, ad tranquillitatem & bonum  
ordinem in Ecclesia. Debent enim omnia  
in Ecclesia fieri εὐχρημόνως καὶ κατὰ τάξιν. 1.  
Cor. 14. v. 40.*

Finis cæ-  
remonia-  
rum ob-  
servatio-  
nis.

6. *Et ut constet de cuiusmodi ritibus agāt,  
adiiciunt exempla, sicut sunt certę ferię,  
H 2 festa*